



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

17. Maji. Religionem ingressurus sciat: non fore sibi perpetuam, & quietam illic sedem, nisi pede conjunctim utroq[ue], voluntate nimirum, & judicio limen transiliat. S. Ign. ibid. l. 3. f. 270.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

16. Maji.

*Caveant, qui regunt, ne suos asperitate
faciant alienos : vel suspicio severitate
nocet. S. Ignat. ap. Barr. l. 3. t. 265.*

Qui duris asperantur, illi mollioribus
cedunt remediis. Adamas immobilis
perstat sub ictibus, ad tepidi sanguinis con-
tactum duritiem oblitus, in omnes, qui
volueris, partes secedit.

Nobilior indoles tam parum asperis tra-
ctari, quam parum leo catenis vinciri se-
nit, rumpet has, qui tenui filo duci se sine

Homines tractamus, non belluas, quae
do hæc humanitate regi volunt, quam
magis illi abituri in feras, nisi pro natura
ratione gubernentur.

Non longus morum præses metus est
nec diu, nec feliciter illos moderatur. Ut
ignis violentè compressus ruinas agit, qui
mollius habitus in fumum sine damno
abivisset. Qui timetur, timeat sibi, ac
disciplinæ.

17. Maji.

*Religionem ingressurus sciat : non fore
perpetuam, & quietam illic sedem.*

*pede conjunctim utroq³, voluntate nimis
rum, & judicio limen transfiliat, S. Ign.
ibid. l. 3. f. 270.*

A Cephalum esse oportet Religiosum.
Christus Religiosorum Alpha, in ca-
pite libri de se scribi voluit, ut faceret vo-
luntatem Patris: Hoc nempe caput & sum-
ma vitæ arctioris est: caput posse subicere.

Nec gravis esse potest, hæc parendi
promptitudo, nisi renuenti. In cujusque
manu situm est, ut jugum sibi reddat sua-
ve & onus leve. Si velit, quod superior,
facilia fient omnia.

Nullum intolerabilius inobedientis ju-
go, quod vult, non potest; debet, quod non
vult. Perpetuum martyrium, idque sine
merito, bis patitur, & à se, & à præside.

Ceræ instar mollis, facilique manu tra-
ctabilis semper lætus, formas in omnes fine
gi se finit, digiti nutum sequitur, nec lacer-
rum expectat.

18. Maji.

*Fovendo infirmo quidquid peculii adest, im-
pendatur; nos qui rectè valemus, si alia
non suppetant, duro pane facile vivemus.
S. Ignat. apud Bart. l. 3. f. 274.*

Li